

2.  
**D**isputatio inter clericū et milite super potesta  
te prelatis ecclesie atque principib; teriaz com  
missa sub forma dyalogi incipit feliciter.

**C**leric⁹ sermonis sui exordium sub  
hac forma posuit dicens. **M**iror op  
time miles paucis diebus tēpōe mu  
tata sepultam iusticiam eueras le  
ges iura calcata. **Miles.** Grandia verba sūt  
ista et ego laycus qui quāvis paucis puer didi  
cerim līas non tamen ad profundū vēni ut tam  
alta verba a me possint intelligi. **E**t ideo vēne  
fāde clerice si meū desideratis habere colloquiū  
planiorēm oportet accipere stilum. **Clericus**  
**E**tate mea vidi ecclēshā ī honore magno apud  
reges prīcipes et nobiles vniuersos haberi et nūc  
vīdeo econtra miseradī. **E**cclēsha facta ē vobis  
omnib; preda exigunt a nobis multa dantur  
nulla. si nostra bona nō damus ripiunt a nob  
concilcantur iura nostra libertates effringunt.

**Miles.** Non facile credā regem cuius cōcli  
uni sūt clerici iuste agere vobiscum aut apud  
eos pīre ius vēm. **Clericus.** Ymmo certe cōtra  
omne ius iniurias innumerās sustinemus. **Mi**  
**les.** Scare velle quid vocatis ius. **Cleric⁹.** Jus  
vīco decreta patrum et statuta romanorū pon  
tificium. **Miles.** Que illi statuunt si de tempo



talibus statuunt vobis possunt iura esse nobis  
vero non sunt Nullus enim potest de h̄is sta-  
tuere sup que constat ipsum dominum non ha-  
bere. Sic nec francorū rex potest statuere sup  
imperiū nec imperator super regnum Et quem  
admodum terreni principes non possūt aliqd  
statuere de vestris spiritualibz sup que non ac-  
ceperunt potestate sic nec ws de temporalibz  
eoꝝ sup que non habetis auctoritatē Vnde fci  
uolum est q̄cquid statuistis & temporelib⁹ sup  
q̄ potestate n̄ accepistis a dō Vnde nup mīc  
hi risus magnus fuit cum audissim nouiter  
statutum esse a domino bonifacio octauo ꝑ ip-  
se est & esse debet sup omnes principatus & reg-  
na. Et sic facile potest sibi ius acquirere super  
rem quamlibet cum nō restat mīhi scribere quia  
totum erit suum cum scripscerit et sic totū erit  
vestrū & vbi statuere nichil aliud est ꝑ sibi te-  
nē velle. Nichil ergo aliud erit ius habere ꝑ  
velle non habet ergo mīhi vt scribat. Hoc vlo  
ius esse cū vluerit castrū meum vel villam me-  
am agrū meum aut pecuniam et thesaurū ha-  
bere. Nec latet ws sapientē clericā ad q̄ntum  
ws deducat ista disputatio iudicium Cleri  
cis. Satis acerte domine miles & versute ista  
cōtra nos p̄tulisti et ad hoc tua⁹ fmōis vñ

series seu decursus quantum ipse intelligo ten-  
dit q̄d dominus papa de vestris temporalibus  
nihil potest statuere quia non constat eū sup  
temporalibus vestris dominū acceptisse. Et si  
nosip̄ ex nostris vēlinus probare dictis aut  
scripturis totum pro nichilo dicitis quia nos  
trum scribere ut dicitis dominū nobis aut po-  
testate q̄ aliuīde nō venerat dare nō potuit. **H**;  
si cristianus vultus et catholicus verus esse nō  
negabitis christum ecum omnium dominum  
esse cui dictum est in psalmo ij. Postula a me  
et dabo tibi gentes r̄c. de quo ceciā scriptū est  
quia ipse est rex regum et dominus dominanciū  
**I**sta non sunt nostra sed dei verba nec nos ea  
scripsimus sed ea misit dominus et spiritus  
sanctus dictauit. Et quis dubitat illum statue-  
re posse quem constat vniuersor̄ dominū esse

**M**iles. Nullo modo diuine potestati vel do-  
minioni resisto q̄a cristianus sū et esse volo  
et ideo si p diuersas scripturas ostenderitis sū  
mos pontifices esse sup omnia temporalia do-  
minos. necesse est omnino reges et principes  
sumis pontificib⁹ tam i spiritualib⁹ q̄ in tem-  
poralib⁹ esse subiectos. **C**lericus. Facile est  
ex superiorib⁹ posse ostēdi. **T**enet enī fides nos  
tm petrū apostolū pro se et suis successoreib⁹

institutum esse plenum vicarium ihesu christi et  
certe plenus vicarius idem potest quod et de  
minus eius cum nulla exceptio nulla potesta  
tis diminuicione est vicarius institutus. Si ergo  
non negatis christum de vestris temporalibus sta  
tuere posse qui dominus est celi et terre non potes  
tis sine rubore eandem potestatem christi ple  
no vicario denegare. Miles Audiui a viris  
sanctis ac devotissimis duo tempa in christo  
distingui. alterum humilitatis et alterum potestatis.  
**H**umilitatis. vsq; suam passionem potestatis. post  
suam resurrectionem quoniam ipse dixit. data est mihi  
omnis potestas in celo et in terra mathei ultimo  
**P**etrus autem constitutus est christi vicarius  
pro statu humilitatis non pro statu glorie et  
maiestatis non enim factus est christi vicarius  
ad ea que christus nunc agit in gloria. sed ad  
ea imitanda que christus egit humilis in ter  
ra quia illa nobis necessaria sunt. Illam ergo  
potestatem suo vicario commisit quam homo  
mortalis exercuit. non illam quam glorificatus  
acepit. Et ut ista per scripturas quas indu  
citis ostendamus de eis de scripturis vobis testi  
monium preferemus. Ipse enim christus dixit  
pilato regnum meum non est de hoc mundo et  
non venit ministri sed ministrare. **L**uke ii.

Hoc testimoniū adeo manifestū est vt hoīem  
resistentē possit confundere & cœuiāē quamāiq;  
duram obterere Et hoc sic dixit ihesu quidā de  
turba magist̄ dic fratri meo vt diuidat me  
cum hereditatē At ille dixit ei O homo quis  
me constituit iudicem et diuisorem super ws  
luce xij. Audit̄ ergo apte cr̄stū in temp̄ō  
libo nec iudicē nec diuisorem constitutum es  
go in statu illo suscep̄te dispensaciōnis nec tē  
porale regnum habuit nec eciā affectauit yni  
mo cum illi multiplicatis panibus comedērēt  
fugit et in cōmissione petro facta non claves  
regni terrarum sed claves regni celorum tra  
dīdit Et hebreorum pōtifices constat regib;  
fuisse subditos et a regibus quod procul a w  
bis absit fuisse depositos Et vt scias cr̄sti  
vicarium spirituale regnum nō ad temporale  
seu dominium assumptum accipe ab ipso pau  
lo nec minus clacū testimoniū Dicit enim sic  
Omnis pōtifer ex hominibus assūptus pō  
hominibus cōstituitur in hijs que ad deū sunt  
nō ad gubernandū terrenū dominiū s̄ vt offe  
rat dona et sacrificia p̄ peccatis Vides ergo  
q̄ p̄ficitur pōtifer in hijs que sūt ad deū  
cū paul⁹ thimotheo scribat nemo militas so  
secularib; negocijs se īplicet Datet ergo cr̄s

tum regnum temporale non exerantur nec petro omisso. **N**a et petrus dicit actuum sexto capitulo. Non est equum nos derelinquere verbum dei et ministrare mense id est temporalibus dispensandis. Et quamquam possint aliqua temporalia per ipsos pontifices dispensari satis tamen patet quod non debent in terrenis regnis et principatibus gubernandis que totum sibi vendicant occupari. **V**nde auctoritates quas induxit super dominum clericus scilicet postula a me tecum et quod ipse est rex regum tecum non ad statum primum pertinet sed ad secundum. In quo primo statu sic patuit quod praestus nullam potestatem temporalē exercuit immo a se penitus abdicauit et in hijs solum et non in alijs que ad dispensacionem nostre salutis exercuit petrum sibi vicarium destinauit. quem nec militem fecit nec coronauit in regem sed in sacerdotem et episcopum ordinauit. **Q**uo si vultis ad huc contendere christi vicarium eam priorem in temporalibus habere quam Christus habebat in celis. non quam Christus exercebat in terris. **F**orsitan ista pertinacia non erit in fine vobis graciosa quod vobis patebit sic Constat enim ailibus fidelibus do sapientia quod si preciperet deus pecuniam suam aegru suum a vinea alteri ailibet dare sine cauzione

nulla p̄tita ratione nulla expressa cognicōne  
statim deberet obedire. **S**i ergo cōtenditis pa-  
pam eandem potestate habere. ergo concedere  
necessē est q̄ omnia vestra bona & nostra potes-  
tis sine cause cognicōne cui volueritis nepotū  
lo vel consanguineo dare. tollere principat⁹ &  
regna & eis dare p̄ vestre libito volūtatis. sed  
q̄ absurdā sunt ista ws videte. et utrum pla-  
cerent si vobis hec fierent responde te. **Q**uod si a  
fata absurditate recedere per viuam rationem  
cogimini et papa cogit reflice. **T**enendū est  
igitur q̄ non accepit in temporalibus tantā  
potestate ipse cr̄stī vicarius sed eam solā quā  
cr̄stus in sua humilitate exercuit et ostendit

**Clericus.** Negatis o miles ecclesiā cognos-  
cere de peccato. **Miles.** Hoc absit. Nam q̄  
hoc negauerit et penitēciā et confessionē ab-  
negabit. **Clericus.** Si quid iniuste agit pec-  
catum est. et quā habet cognoscere de peccato  
cognoscet de iusto et iniusto. **C**ū ergo iustum  
et iniustum in negotijs rerum temporalium sit. cō-  
sequens etiam est vt de causis temporalibus  
debeat iudicare. **Miles.** Argumentum istud  
cornutū est cuius vanitas et infirmitas per ar-  
gumentum simile repellendum est. In suspen-  
dēdis latromibus alijsq; dampnandis habet

iustū & iūstū & pccm etiā Ergo etiā tacōe pec  
cati s; ppa dīagnē iūdicare h plumeū ē argu  
mentū ideo leui tacōe sufflatū. Nūc ēstat nob  
ostendere quomō vestrā cognitō dñe clerice cir  
ca iustum & iniustum secundum leges būanas  
que de talib⁹ sanxerūt sit de tempore alibus iū  
dicandis. Sed secundūm quas et sub quibus  
personis subjectis omnib⁹ est vīdendum: Ma  
nifestum est ergo illum debere secundum leges  
iūdicare et secundum easdem de iusto et iūsto  
cognoscere cuius est leges condere & habere in  
terpretari exponere et custodire facere et gra  
uare & mollire cum videbit̄ expedire. Si ergo  
ws in iudicio temporalium simul vultis cum  
illo atēdere aut concurrere cognoscēdo de iusto  
& iniusto iam contra scripturam vestram aratis  
cum bove & afino et cum prīncipe dicente. Hoc  
est iustum. pontifex dicet hoc ē iustum. Fiet  
quod dicet abacuk propheta. In precipicium  
factum est iudicium cōtradicente potēciōe pp  
ter hoc lacerata est lex. et non peruenit vsq;  
ad finē iudicij q̄a vere nō erit hoc iusticiā & iū  
dicū facere i terra h iusticiā & iudicū i terra di  
laceare Et ego oīdā vobis scdm paulū vn vī  
cōḡco de; iōipe pncipes suo iure dī iusto & iūs  
to cōgnoscēt et ei⁹ fīatē vnuſq; hāit teneat

attendet et ei obdierit sicut præcipit deus. p vij  
Si quis autem tumente superbia non obedierit  
eius imperio nec princeps cuius fuit officium  
iudicandi habet potestatem resistendi vel coer-  
cendi tunc incipit vestra cognitio quia tunc ac-  
cedere debet vestra monitio dicente apostolo  
paulo ad titum iij c. Admone illos principibus  
et potestatibus subiectos esse et subditos et  
ad romanos xij c. Omnis anima patribus sub-  
limioribus sit subiecta. Vbi enim maleficia et sce-  
lera manifesta sunt veluti prede rapine et simili-  
tia nec est qui velit aut possit corrigeret. Non  
enimi nego vos in hiis casibus debere vel posse  
vestram potentiam exercere sed non de iusto  
vel iniusto quia de hoc non habetis cognoscen-  
tia aut manum ad hoc apponere. Et cum mani-  
festum fuerit atque per sententiam iuris aut euide-  
tiam sceleris que nulla egent cognitione tunc  
poterit ad vos ista materia et forma de quibus  
dictum est pertinere alias si propter peccati colli-  
genciam vultis de prenotatis casibus cognos-  
cere non restat nisi fortes principum claudere le-  
ges filere et decreta principum et vestra sola reso-  
nare. Artare vos volo et urgere una questio-  
nem utrum sit vestrum de causa matrimonij cognoscere  
et ego vado padue pro quadam hereditate quam

peto nomine uxoris mee que habet in ea suc-  
cedere **V**i detis quod tacone matrimonij nichil co-  
petit petere illam hereditatem. **N**uquid prop-  
ter matrimonij colliganciam de quo habetis cog-  
noscere debeo coram vobis de hereditate litiga-  
re Robertus de Flandria pro uxore sua petes  
ducatum burgudie nomine dotis debuit ne co-  
ram rege vel episcopo litigare. immo plane di-  
co vobis omnibus clericis inhibendo ne cognicio-  
nem de dote contra deum et iusticiam usurpe-  
atis cum promissio dotis mere et vere sit pacto  
temporalis et sepe firmari possit regalibus in-  
strumentis. **E**t quia vobis usurpati aliena e-  
uemis vobis illud vero dei iudicio quod in eo nichil  
multum pacietur. **P**atet ergo quod sit vanum  
et frivoolum quod ex tali vicinitate vobis  
fingere colliganciam in cognitione causarum  
quas ad hec omnia unum solum debet vobis  
sufficere quod supra memorauimus de euangelio  
luce dicente domino ihesu. **O** homo quis me con-  
stituit iudicem et diuisorem inter nos Ostendit  
enim manifeste quod secundum eam patrem quam hunc  
mortalis exercuit non potinebat ad eum de here-  
ditate iudicare. **C**lericorum non debet temporalia  
spiritualibus deservire ergo temporalia debent esse sub-  
iecta spiritualibus et spirituali patres temporales dicitur ergo patrem

**Miles** Vere debent spiritualib; temporalia de  
seruire suo casu quia tenetur di cultorib; neces  
saria ministrare. Nam hoc omnis gens q̄si in  
natū habuit et habet instinctū. et hoc naturali  
iure decreuit natura naturans ut ministriatib;  
creatori seu diuina celebrantib; necessaria mi  
nistrentur et honoris debita et vite necessaria  
prebeantur. Quod etiā phariseis in lege quā  
dñs moyſi tradidit et sacerdotib; abundanter  
et caute p̄uidit. nō dominū tamen aut regnū  
temporale cōm̄it. Et apostolus ad corinthios  
Si spūalia vobis seminauim⁹ nō est magnū  
si carnalia vestra metam⁹. Sed si vultis scire  
quale dominū prebeat ministris accipite per  
ordinem verba cristi et eius apostoli pauli  
**Dicit enī cristi** discipulis suis ad predican⁹  
missis. Dignus est enī oparius mercede sua  
Et paulus de se et ceteris apostolis ait Quis  
militat suis stipendijs vmp̄. quasi diceret nul  
lus. Et scriptū est i lege moyſi. non alligabis  
os bui trituranti Ecce quib; ws ḡparant xp̄c  
et paulus eius apostolus. Vtq; ḡparijs et sti  
pendiarij. Numquid operarij et stipendiarij  
sunt rerū domini. Videtis q̄ temporalia conce  
dūtur vobis non ad dominū sed ad vite subfi  
diū et ad spiritualis ministerij sumptū. Et

ex lege moysi coparamini boui fortunanti cui sa-  
tis est accipere pabulum quoniam ipse suo labore  
impleat horreum. Et quod dicitis spiritualem po-  
testatem regere temporalem potestatem iam  
vobis est per apostulum paulum superius re-  
ponsum ibi quod omnis pontifex ex hominibus  
assumptus pro hominibus constituitur in his  
que sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia  
pro peccatis et in his habent nos regere vide-  
licet que sunt ad deum. sed ad ecclesiam non  
pertinet in his que foris sunt aliquid iudicium  
quod si adhuc contenditis summum pontifi-  
cem superiorem esse per omnia in definitiones  
mirabiles incidet. Si enim cum creatur papam  
creatus sit dominus omnium simili ratione crea-  
re episcopum. Erit creare illius patrie dominum  
et sacerdos meus erit dominus castri mei et do-  
minus meus quia sicut potestas pape est in to-  
to ita potestas istoru est in illa parte cui preest  
ergo cessandum est ab hac stulticia que ab om-  
nibus irridetur et tantis scripturarum elemen-  
tis ac rationibus confirmatur. Nam in recte-  
ri lege dicamus non sacerdotes a regibus. sed  
reges et principes a sacerdotibus et prophe-  
tis adorari et eos ad se vocari et que placebat  
regibus imperari. Et in his que interdum

eratuerant publica dispensacione temporalium  
incalceari ut tertio regum primo et quartto capitulis

**Clericus.** Hic uor q[uod] dicitis super dispensacione temporalium regem arguisse pontificem

**Miles.** Vos excitatis canem dormientem et  
cogitis me loqui de his que ante non cogitauimus

**Clericus.** Excitetur canis et latret. **Miles.**  
Quoniam ut nescitis utilitate et pacientia  
principum timeo q[uod] post iustum latratum sen-  
tietis et moesum. **Clericus.** Quid interest re-  
gum et principum super dispensacione tempo-  
ralium nostrorum. ipsi sua habeant et nostra no-  
bis dimittant. **Miles.** Nostra multum inter-  
est per omnem modum. Numquid non inter-  
est nostra circa salutem animarum nostrarum super omnia  
cogitare. Numquid non interest nostra pro pa-  
rentibus mortuis debita prosequi obsequia et  
eciam obsequia postulare et nonne vobis a pa-  
rentibus nostris ad hoc sunt nostra temporalia  
data et copiose ministrata ut in cultu domino to-  
taliter expendantur. sed certe nichil facitis in-  
de sed omnia vestris necessitatibus applicatis  
que per elemosinas et opera caritatis in vi-  
ribus pauperum claudere debetis. Nonne est  
necessae q[uod] per huiusmodi sanctissima opera moe-  
tui iuuarentur et saluarentur vivi. Nonne cum

ea ad propria expenditis supflueq; consumi-  
tis et ea contra intentionem dancū et eciā  
quodammodo accipientium dispergitis male  
vtendo. viuos et mortuos leditis et viuis et  
mortuis dampnabiliter derogatis. **N**onne ei  
quā non vult militare auferetur stipendium  
**E**t certe vasallus non implens seruicium me-  
rito perdit et feodium. **E**t vt wbis ponam su-  
per hac questione silencium. et q̄ super hoc  
nostrum sit delere et remedium apponere acci-  
pite fortissimum et apertissimum capitulum  
scripture sancte secūdo paraliponienō decimo  
quarto capitulo. **L**egit enim de rege ioas. fe-  
atq; quod bonum est coram domino et auctis  
dieb̄ iōiade sacerdotis et de eodem ē ge legitur  
quarto regū duodecimo capitulo. **V**ocauit rex  
ioas iōiadē pontifice et sacerdotes dicens eis  
quare sartatecta nō istauratis templi. **N**olite  
ergo pecunia recipere a populo amplius iuxta  
ordinationem vestram sed ad instauracionē po-  
puli reddite eam. prohibitiq; sunt sacerdotes  
accipē pecuniam ultra a populo. **V**ides ergo  
quod laudatur rex ioas a domino quā curam  
acepit ut oblationem iuxta intentionem dan-  
cium expenderentur in cultum diuum. **H**oc  
est ad instauracionem templi.

**L**audat enim regem ioas deus. ut ostenderet  
q̄ non delinqueret quia non cupiditate sed pi-  
etate non ambicione sed religione id faceret.  
**A**d tollendā suspicione rex testem volebat ha-  
bere ipsū pontificem ut sequit̄. Cumq; videret  
nimiam pecuniam ī gāzophilaciō ascendebat  
scriba regis et pontifex effundebantq; et nu-  
merabāt pecuniā q̄ inueniebat ī domo domi-  
ni et dabāt eam iuxta numerum atq; mensu-  
ram ī manus eorum qui preceant commenta-  
rijs domus domini. **E**cce laudata est regis re-  
ligio q̄ cuiā gessit ut bona illi⁹ veteris ecclie  
saluarentur sollicite et expenderentur eligiose  
**S**ic q̄ durum sit vobis hoc audire. cum ta-  
men nichil refero nisi verba scripture. **D**ictum  
enim vobis est superius q̄ hec accepistis om-  
nia ad vite subsidium et ad scē milicie stipen-  
dium ad victum habendum et vestitum quib⁹  
duobus dicit apostolus se esse contentum. et  
q̄cquid superest in pios usus pauperum et misé-  
rias egrotancium expendere debetis. **Q**uod si  
non feceritis multum nostra interest de eis de-  
curam habere ne animas mortuorum salutēq;  
vniuersitatis defraudentis. **C**lericis. **I**ux iste ioas  
bona sibi nō tulit sed ī usus ecclesiasticos ex-  
pendit. **W**is autē hodie bona nostra tollitis q̄

non in religiosos vsus . si militares tumultus  
et bellicosos classes expeditis **Vnde** exemplū  
quod induxit vñs operibus aduersatur . et  
vestīā violētiā solū coloat . **Miles.** Sem-  
per i malū vñm cōtra stimulū regū calcitratis  
**E**st ne hoc wbis molestū q̄ de bonis ecclesie  
seū tollūt nepotuli vestri & cōsanguinei alieq;  
psone interdū ihoneste . Sed wbis est oīno i  
tolerable & molestum q̄ rex mansuete petit a  
wbis et p gracia accipit p vestra salute et de-  
fensione ecclesie & bonoꝝ vestrorū . **Clericis**  
**M**e miseriū pellemq; meam tollitis cum carni-  
bus et hoc appellatis salutē . **Miles.** Nō per  
strepite s̄ paciēter audite . considerate vicinos  
vestros suis egere et ad vestīā respicere . **S**i de-  
ficeret regis potestas qualis ess̄; req̄es vestra  
**N**onne nobiles egem̄ et pdigi si osūphissent  
sua cōuerteretur ad vestia . ergo regia manus  
vester murus ē . pax regis pax vestia . salus re-  
gis salus vestia . **Q**ue si deest aut forsan esset  
subtracta vel peccatis vestris exigentibꝫ a w-  
bis discederet et vicinis supra bona vestia cras-  
santibꝫ nūc exigētibꝫ nūc minātibꝫ atq; vas-  
tatiibꝫ bona vñā ɔgerem̄ oībus seruire . **S**i ve-  
litis prorsꝫ bona vñā pire quanta velitis tunc  
redimere quod manus regia rediret hanc p̄us

Videtis ergo cum pauca regi traditis quomodo  
salutem vestram redimit quando omnia bona vestra  
deperdenda saluat. Sed sicut vos semper  
fueritis beneficiis ingrati sic estis nunc in vestris  
profectibus querulosi. Quod si manus hostilis  
rege cadente regnum invaderet nonne omnes  
predis et rapinis interiretis et ferocitatem bar-  
baricam quam vobis iplacabilem sentiretis re-  
lictis sedibus territi et attoniti fugeretis et to-  
tu perderetis qui modo sup minimis doletis  
Quod si reges et principes suis stipendijs suisque  
piaulis tenentur vos defendere seq; morti pro vobis  
gratis exponere et vos sub umbra quiesce-  
re comedere splendide iocunde bibere super lec-  
tos ornatos quiescere quiete dormice et in stra-  
metis molibz lasciare. Ergo et vos vere estis  
soli domini reges vero et principes vestri fui  
Et alij pro vobis et res et personas offerunt mor-  
ti. Si datur personis ecclesiasticis requies non  
est magnu si pro personis seruent opes Hoc  
dicatis esse duru sed non quiescitis donec mo-  
re solito conuicti fueritis ac eciam confitati di-  
uimus quibus non potestis obuiare scripturis  
Nam de ioas rege supius memorato scribitur  
q[uod] regu[x]ij et ij palipomenon xiiij c. Quā  
obrem tulit ioas rex iuda omnia sanctificata q[ue]

consecrauerant Iosephat et aaron et mosa pa-  
ter eius rex iuda et que obtulerat et vniuersum  
argentum quod inuenire potuit in thesauto  
templi domini et palacio regis misitq; azaeli  
regi hystrie et recessit a iherusalem Ecce aperte  
q; pro redempcione populi accepit ea que con-  
secrata erant in templo domini non tamen pe-  
percit regis palacio quando tulit ista de tem-  
plo Et eodem modo quarto regum decimo octa-  
uo capitulo legit sic de ezechia rege sancto In  
tempore illo confregit ezechias valvas templi  
domini et laminas aurum quas ipse affixerat et  
dedit regi assiriorum Quid si dicas q; Ezechias  
egit male rideo sic habet in palipomeno xxxij  
Ezechias non reprehendit in omnibus operibus su-  
is preterquam in legacione principum babilo-  
nis Quis ergo dampnabit quem in omnibus  
scriptura laudauit Si erratis non intelligen-  
tes scripturarum veritatem quid ergo contra re-  
ges et principes contenditis Legitur enim ma-  
thei quinto capitulo Non propter locum gen-  
tem sed propter gentem locum dominus pre-  
legit Non est ergo parcendum ecclesie mate-  
riali ubi discrimen imminet genti christiane  
quod sanctus ezechiel et iosephus intellerit et  
fideliter adimplevit Si enim bona vfa sunt ecclesie et

et populus in ecclesia est quanto iustius sub  
stancia i ea vbi salus populi pendet expenden  
da est. Vnde dominus mathei xij c. Dico vob  
is templo maiore est hic. nec dubium est quin  
templum spirituale quod est homo dignius sit  
materiali et templo lapideo. Intelligat ergo rex  
pius et prudens i his verbis domini dei volu  
tate nec ulterius querat auctoritatem. Nec est  
parcendum materiali templo nec his que dedi  
cata sunt templo ut salus reddatur et pax pericli  
tanti populo cristiano. Nec est blandiendum  
ecclesiarum superfluitati ymmo succurrendum  
tante gentis necessitatibus sed quia rex ea que si  
bi licuit iure diuino vult facere cum beneplaci  
to vestro non remini exasperare regem in ma  
nus et me vobiscum agentem et solita benevolen  
cia vos regentem. Cauete a verbis salomonis  
quia ira regis nuncius est mortis. Clericus.  
Si possunt reuocari que semel deo sunt donata  
ergo irritari possunt omnia vota. Hiles.  
Hoc non est que deo data sunt reuocare sed illis  
vibus quibus fuerunt data applicare. Que eni  
sunt deo data eo ipso sunt prius vibus dedicata  
Quid enim poterit sanctius esse quam christiani  
populi salus et quid preciosius domino quam hos  
tes raptores et interfectores arcere a populo.

christiano et quam pacem subiectis et fidelibus  
emere Cum ergo in his bona ecclesie expeditum  
tur vere vobis quibus fuerant dedicata redditur  
Clericus. Si ad scripturas sacras recurreris  
quare libertates nostras infringitis quas  
libertates constat nos ex ipsis traxisse scriptu-  
ris. dominus enim interrogat petrum mathei  
decimo septimo. Reges terte a quibus accipiunt  
tributum. a suis autem ab alienis. At ille dixit  
Ab alienis. Dixit illi ihesus. Ergo liberi sunt  
filii. Ut autem non scandalizemus eos. Vade  
ad mare et mitte hamum et illum piscem quod per  
misus ascendit tolle. et aperto ore inuenies sta-  
terem. sume illum et da pro me et te. Vides o  
miles quod clericorum praestiti seruicio mancipati om-  
nino sunt liberi. Miles. Si euangelium be-  
ne respicitur. a christo solo census sive dictrina  
petebatur. ideo pro christo dari videtur  
ista responsio ipse enim est filius dei. filius regis  
magi. Et sicut filius regis maior est preside-  
sic filius dei maior est et maior erit cesare. et sic  
illa responsio proprie videtur esse pro christo.  
Attamen quia illi qui principaliter ministri  
regi nullatenus ad publica onera sunt traheni-  
di coedimur quod clericorum suis personis sunt liberi  
Dico quod non de coniugati vita et consuacione laici

qui non ad honorem dei sed i fraude domini sunt  
sicut patet ad oculum non tonsurati sed clericorum  
christum sequentes ut petrus et sacris altaribus  
mancipati concedimus inquantum plane de his  
qui liberi sunt non dico clare per euangelium  
sed quia euangelio et eorum officio videbatur  
consonum indultum est eis hoc pruilegium pre-  
cipum. Nam ab origine ecclesie dixit paulus  
ad romanos viii. Omnis anima potestatisbus  
sublimioribus subdita sit et post. Non solum propter  
iram sed propter conscientiam et post ibidem  
dicit. Reddite omnibus debita cui tributum tri-  
butum cui rectigal rectigal. Videtis ergo quod omnis  
anima erit subdita et rectigalis et tributaria.  
Sed ut dixi nunc estis in personis liberi quia of-  
ficio christi mancipati numquid per hoc et eadem  
libertate gaudebunt et agri. Si enim ecclesia  
emerit censualem agrum numquid cui soluen-  
dus erat census paret eum. Clericus. Non de  
censibus sed de exactiomibus sermo est. Miles  
Sic ego super certos agros habeo certum censu-  
m imperator super orbem terrarum pro defensi-  
one reipublice cum oportuni fierit pro arbitrio  
voluntatis potest leuare tributum. Clara  
enim ratione procedit ut res publica rei publice  
sumptibus defendatur et quecumque pars gaudet

at ista defensione equissimum est ut cum alijs  
ponat humerū sub ouem. **S**i ergo min⁹ iuste  
possessioes subdite sūt ad onus publicū q̄ntū  
ad anuum cēnsum ad quemām q; transiunt  
semper erunt sub onere hoc vbi necessitas fu-  
erit reipublice. **S**icut cum alijs idigent semp  
defensione. **Q**d si dicitis qd cōtra hoc prescrip-  
tis longa vñ libertate. respōdemus vobis q;  
quanto benignitate principum fuerit libertas  
vestra longior tanto vbi maior appareat necessi-  
tas et debet esse vñlitas promotor ad subueni-  
endum. **N**am et irr̄det scriptura vestram pre-  
scripcionem cum a salomone vñq; ad ioas. et a  
ioas vñq; ad ezechielem nō legitur esse factū  
quod tamen **E**zechiel perfecit. **N**am et multe  
ciuitates priuilegijs et cōsuetudine ab exactō  
mībō libere pacienter soluerunt et soluunt ho-  
die quod placuit principi pro defensiōe regni  
vel coītabō vel persoīs. **E**t si deus vt dicitur  
propter ingratitudinem reuocat peccatorum  
remissionem videatis ne propter vestrā rebelli-  
onem non mereamini. **N**on minus sed etiam  
plus onerari et tandem facultate simul et p̄tate  
denudari. **C**lericus. **N**ūqđ p̄ reges tollēde sūt  
grē nob̄ p̄ leges cōcessē et p̄ btōz p̄ncipū p̄uale  
gia scē ecclēsie cōcessa. **M**iles. fateor et vñz est

amplissima vobis priuilegia per bonos pontifices indulta. Scire vero debetis q̄ quicquid rectores reipublice faciūt ad utilitatem reipublice intendunt et ad eam habentes oculū iuxta illam regulam. Cuncta disponunt i tantum q̄ salutem reipublice saluti proprie quod est i p̄n cipe gloriofissimū anteponunt exemplo dauid secundo regū. Vnde constat et testimonio et recta ratione eos concedere quatenq; poss; in posterū reipublice derogare. Vnde plane colligē in omnibus priuilegijs hoc exceptum scilicet ut nisi priuilegiū indultum videat in posterū reipublice nocitum vel pro ardua necessitate vel utilitate reipublice manifesta mutandū. Igitur non est dubium quin pro regni necessitatibus gradias vobis indultas legibusq; sanguinas possunt altissimi principes cōsulacorū suspendere ratione et secundum exigēciā temporis ut inuenimus per salomonem sapientissimū i pena furti aliquid lege diuina mutatū. Cle vicius. Impatores sanxerunt ista non reges et ideo per bonos impatores o miles nūc erit legum gubernacula moderari. Miles. Hoc responsum est blasphemie. Et quoniā ut videat aut originem ignoratis regni aut quod videat vius illius altitudini iuidetis si karoli mag

ni registrū inspiciatis et historias pbatissias  
reuoluatis. Inuenietis q̄ regnum Francie dig-  
nissima condicione imperij porcio est pari di-  
uisione ab eo discreta et eōli dignitate et auc-  
toritate quingentis annis cēciter insignita  
quicquid ergo prīuilegiū et dignitatis ētinet  
imperij nomen i parte vna. hoc regnum Fran-  
cie in alia Cum enī fraterna diuisione francoꝝ  
regnū a reliqua parte discessit imperij quicqđ  
in parte decedente et penitus ab imperio exis-  
tente imperiū ipsum quondam obtinuit aut  
ibidem iure altitudinis aut potestatis exauit  
hoc principi seu francorum regi in eadem ple-  
nitudine cessit. Et ideo sicut omnia que infra  
terminos imperij sunt subiecta esse noscunē  
imperio sic que iſta terminos regni regno. Et  
sicut imperator supra totum imperiū suum ha-  
bet leges condere ad de re eis aut demere sic et  
rex francie. Aut omnino leges imperatorias  
repellere aut quamlibet placuerit permutare  
aut illis a toto regno suo prescriptis. Et ab  
olitis nouas si placuerit promulgare Alioqui  
si aliqd noui ut sepe accidit visum fuerit sta-  
tuendum. Si rex non posset hoc qui est sum-  
mus Tunc nullus poterit quia ultra eum non  
est superior ullus.

et ideo domine clerice ligiam vestram coercete.  
et agnoscite regem legibus consuetudinibus et  
privilegiis vestris et libertatibus datis regia po-  
testate preesse posse addere posse minorem que  
libet equitate et ratione consultis aut cum suis  
proceribus hanc visum fuerit temperare. et ideo  
si aliquid pro salute regni tuenda videritis is-  
tis temporibus immutari acceptate et patiēter hoc  
ferite paulo apostolo hoc vos docete ad romani  
nos xiiij. qui potestati resistit diuine voluntati  
resistit ne quā contra stimulum calcitrent in  
iuste semel puncti iterum se pungant. **Obedite**  
prepositis vestris et subiacete eis. ad hebreos  
in fine **Dauid autem** sub anathai principē sacer-  
dotum tempore necessitatis panes appositiōmis  
qui solis sacerdotibus parati erant et nullis a  
Ihs licebat comedē eos comedit et alijs dedit  
comedendos qui secum erant. et mathei xi. sab-  
batū ppter hominem non homo ppter sabba-  
tum factum est. Itaq; dominus est filius homi-  
nis ecclā sabbati. **Et deuteronomij xxvij c.** In  
manu tua magnitudo et imperium et ibide. **Et**  
adorauerunt dominum deū regem. Itē ibidem  
**Et** vñfecūt secundo salomonem filium dāuid  
vñpererunt autē eum domino in principem. **Se-**  
**quīc.** et sadoch in pontificem. ut palipomenō

vicefimo primo capitulo. **N**ec quisq; intet i  
domum domini nisi sacerdotes et qui ministrat  
bant de leuitis cattummō ingrediantur q; sāc  
tificati sunt. et totum reliquum vulgus custo  
dias domini obseruent. **L**euite autem circum  
dent regem habentes cingula. **E**t si quis ali?  
ingressus fuerit templum domini iterficiatur  
sintq; aū rege itante et igitrediente. **V**nxitq;  
eum i oada p ontifex ibiq;.

**E**t sic est finis laus cristo nescia finis